

*Fragmenta alia libri VI*

10. Firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt

11. †Qui numero optimatum et principum obtulit  
is vocis et gravitatis suae linquit illum tristem et  
plenum dignitatis sonum†

5

*Enarratio somnii Scipionis*

[8] 12. [VIII] ‘... Sed quamquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium, tamen illa divina virtus non statuas plumbo inhaerentes, nec triumphos aresentibus laureis, sed stabiliora quaedam et viridiora prae-<sup>10</sup>  
miorum genera desiderat.’

‘Quae tandem ista sunt?’ inquit Laelius.

1-2 Non. 512.27 firmiter... M. Tullius de rep. lib. VI ‘firmiter enim... esse voluerunt’. Eadem apud Prisc. 15.3.1. 3-5 Non. 409.31 triste... M. Tullius de re publica lib. VI ‘qui numero... sonum’. 6-p. 135, 2 Macr. in Somn. Scip. 1.4.2-3 Nam Scipionem ipsum haec occasio ad narrandum somnium provocavit, quod longo tempore se testatus est silentio condidisse. Cum enim Laelius quereretur, nullas Nasicae statuas in publico in interfecti tyranni remunerationem locatas, respondit Scipio post alia in haec verba: ‘Sed quamquam... feriati sumus,’ et cetera quibus ad narrationem somnii venit, docens illa esse stabiliora et viridiora praemiorum genera, quae ipse vidisset in caelo, bonis rerum publicarum servata rectoribus.

3 qui numero: qui in umero  $L^1$  (i- del.  $L^2$ ): qui numerum  $B$ : cui numero Lindsay principum  $B^A BL^2$ : principium  $L^1 Gen.$  obtulit (-pt-): optudit Halm: obstitit coni. Watt 4 is: his ed. Nonii 1471 vocis Gen.B: vocibus  $LB^A$  linquit: liquit  $B$ : liquidum coni. Lindsay Textum sic restituit L. Müller: Qui numerum optimatum et principum optudit his vocibus, et gravitatis suae <testem> linquit illum tristem et plenum dignitatis sonum. Sed vereor ne insanabile sit hoc fragmentum

Tum Scipio: ‘Patimini me, inquit, quoniam tertium diem iam feriati sumus \* \* \*

13. [IX] ‘Cum in Africam venissem hoc Manilio [9]  
consule, ad quartam legionem tribunus, ut scitis,  
5 militum, nihil mihi fuit potius quam ut Masinissam  
convenirem, regem familiae nostrae iustis de causis  
amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex  
conlaczimavit, aliquantoque post suspexit ad caelum,  
et “Grates” inquit “tibi ago, summe Sol, vobisque  
10 reliqui caelites, quod antequam ex hac vita migro,  
conspicio in meo regno et his tectis Publum Corne-  
lium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor: ita  
numquam ex animo meo discedit illius optimi atque  
invictissimi viri memoria.” Deinde ego illum de suo  
15 regno, ille me de nostra re publica percontatus est,

2 Ad explendam lacunam cf. Macr. in Somn. Scip. 1.1.9 [6.7.7 Z.]

Hanc fabulam (sc. de Ere Pamphylo) Cicero licet ab indoctis quasi ipse veri conscius doleat irrisam, exemplum tamen stolidae reprehensionis vitans, excitari narraturum quam reviviscere maluit. Ac priusquam somnii verba consulimus, enodandum nobis est, a quo genere hominum Tullius memoret vel irrisat Platonis fabulam vel ne sibi idem eveniat non vereri. Cf. Favon. Eulog. in Somn. Scip. 13.1 W. Imitatione Platonis Cicero de re publica scribens locum etiam de Eris Pamphyli reditu in vitam, qui ut ait rogo impositus revixisset, multaque de inferis secreta narrasset, non fabulosa ut ille assimilatione commentus est, sed sollertia somnii rationabili quadam imaginatione compositus, videlicet scite significans haec quae de animae immortalitate dicerentur caeloque <nec> somniantium philosophorum esse commenta, nec fabulas incredibiles quas Epicurei derident, sed prudentium conjecturas. V. etiam Aug. Civ. Dei 22.28 Quod quidem (de mortuorum resurrectione) sic tangit in libris de re publica Tullius, ut eum (Platonem) lusisse potius quam quod id verum esset adfirmet dicere voluisse. Haec quidem omnia ad prooemium libri V transtulit Bréguet.

3 hoc A: A. BrQPhD<sup>I</sup>: anno vel aulo D<sup>2</sup>: M' Siganus Manilio A: manlio BrQPh: mallio D 4 consulate ω: consuli Siganus: hoc... consulate defendit Montanari Caldini 6 convenirem, regem dist. 5, post regem ω 10 reliqui AQ<sup>2</sup>: reliquis BrQ<sup>I</sup>PhD 12 ipso ABr (? ipse Br<sup>I</sup>): ipse QPhD (recreor ipse D) ita Carol. Steph. in varr. lectt.: itaque ω

multisque verbis ultro citroque habitis, ille nobis est [10] consumptus dies; 14. [X] post autem, apparatu regio accepti, sermonem in multam noctem produximus, cum senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaque eius non facta solum sed etiam dicta meminisset. Deinde ut cubitum discessimus, me et de via fessum et qui ad multam noctem vigilassem, artior quam solebat somnus complexus est. Hic mihi (credo equidem ex hoc quod eramus locuti; fit enim fere ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno, tale quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare et loqui) Africanus se ostendit, ea forma quae mihi ex imagine eius quam ex ipso erat notior; quem ubi agnovi, equidem cohorui; sed ille "Ades" inquit "animo, 15 et omitte timorem, Scipio, et quae dicam trade memoriae.

[11] 15. [XI] "Videsne illam urbem, quae parere populo Romano coacta per me, renovat pristina bella nec potest quiescere" (ostendebat autem Carthaginem de excelso et pleno stellarum, illustri et claro quodam loco) "ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles? Hanc hoc biennio consul evertes, eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium. Cum 25 autem Carthaginem deleveris, triumphum egeris, censorque fueris et obieris legatus Aegyptum Syriam Asiam Graeciam, deligere iterum consul absens, bellumque maximum conficies: Numantiam exscindes.

<sup>3</sup> sermonem... produximus *Arus. Mess. 484.15*

<sup>1-2</sup> est consumptus *ABrPhD*: consumptus est *Q*  
om. *w*, add. *s*

<sup>20-22</sup> ostendebat autem... claro quodam loco *Macr. 1.4.5*

6 fessum

Sed cum eris curru in Capitolium inventus, offendes rem publicam consiliis perturbatam nepotis mei: 16. [XII] hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae [12] lumen animi ingenii consilique tui. Sed eius temporis 5, anticipitem video quasi fatorum viam. Nam cum aetas tua septenos octiens solis anfractus redditusque converterit, duoque hi numeri quorum uterque plenus alter altera de causa habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint, in te unum atque in 10 tuum nomen se tota convertet civitas: te senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur; tu eris unus in quo nitatur civitatis salus, ac ne multa, dictator rem publicam constituas oportet, si impias propinquorum manus effugeris."

[15] Hic cum exclamavisset Laelius, ingemuissentque vehementius ceteri, leviter arridens Scipio, 'St! quae' inquit 'ne me e somno excitetis, et parumper audite cetera.

17. [XIII] "Sed quo sis, Africane, alacrior ad [13] tutandam rem publicam, sic habeto: omnibus qui patriam conservaverint adiuverint auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur. Nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, 25 acceptius, quam concilia coetusque hominum iure

<sup>5-14</sup> nam cum aetas... manus effugeris *Macr. 1.5.2 cf. Hieron. Epist. 49 (48) 19.5* 19-p.138,2 sed quo sis... revertuntur *Macr. 1.8.1*; sed quo sis... fruantur *Macr. 1.4.4*; harum... revertuntur *Macr. 1.9.1*; cf. *Lact. Inst. 1.15.22-3*, *Aug. Epist. 103.2*

<sup>4</sup> ingenii(i) consili(i)que tui *AQ<sup>2</sup>PhD*: ingeniique consilique tui *Br.* ingenique tui consilique *Q<sup>1</sup>* 16 leviter *w* (cf. *Pro Sulla 31, TLL 7.2.1217*): leniter *s* st! *Jahn.* et *w* 17 parumper *Bouvier.* parum reb; *ABrQD<sup>1</sup>*: parum rebus *Ph*: pax sit rebus *D<sup>2</sup>*

sociati, quae civitates appellantur: harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur.”

- [14] 18. [XIV] ‘Hic ego, etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis, quae sivi tamen viveretne ipse et Paulus pater, et alii quos nos exstinctos esse arbitraremur.

“Immo vero” inquit “hi vivunt, qui e corporum vinclis tamquam e carcere evolaverunt. Vestra vero quae dicitur vita, mors est. Quin tu aspicis ad te venientem Paulum patrem?”

- ‘Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi; ille autem me complexus atque osculans flere prohibebat, 19. [XV] atque ego ut primum fletu represso loqui posse coepi, “Quaeso,” inquam, “pater sanctissime atque optime, quoniam haec est vita, ut Africatum audio dicere, quid moror in terris? Quin huc ad vos venire propero?”

“Non est ita,” inquit ille; “nisi enim cum deus is cuius hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur; eisque animus datus est ex illis semper tenuis ignibus quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et rotundae, divinis animatae menti-

3-9 hic ego...mors est *Macr.* 1.10.1 + 1.10.6; cf. *Lact. Inst.* 3.19.13-14 16-p.139,21 quaeso inquam...magnitudinem facile vincebant *Macr.* 1.13.3-4 (cf. 1.14.1, 1.14.4, 1.14.16, 1.14.18) + 1.4.4-5 (cf. 1.14.24, 1.15.1) + 1.16.1

1 harum ω μ *Macr.* 1.9.1: eorum KH<sup>1</sup> *Macr.* 1.9.1: earum μ *Macr.* 1.8.1 2 conservatores ω: servatores μ ambobus locis 9 dicitur vita ω: dicitur esse vita μ aspicis *Marsilius Ficinus in marg. cod. Ricc. 581 ap. Cast.*: aspicias ω 18 nisi enim cum μ QPh<sup>1</sup>D<sup>1</sup>: cum om. ABrPh<sup>2</sup>D<sup>2</sup> 20 liberaverit: -abit E'AKH *Macr.* 22-23 medium vides μ Br<sup>2</sup>D: medio vides ABr<sup>1</sup>QPh

bus, circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus, retinendus animus est in custodia corporis, nec iniussu eius a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum a deo defugisse videamini. 20. [XVI] Sed sic, Scipio, ut avus hic [16] tuus, ut ego qui te genui, iustitiam cole et pietatem, quae cum magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est: ea vita via est in caelum et in hunc 10 coetum eorum qui iam vixerunt, et corpore laxati illum incolunt locum quem vides—” (erat autem is splendidissimo candore inter flamas circus elucens) “—quem vos, ut a Grais accepistis, orbem lacteum nuncupatis.”

Ex quo omnia mihi contemplanti praeclera cetera et mirabilia videbantur; erant autem eae stellae quas numquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium quas esse numquam suspicati sumus. Ex quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, citima 20 terris, luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant; iam ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperi nostri, quo quasi punctum eius attingimus, paeniteret.

13-14 quam vos...nuncupatis *Auct. De Dub. Nom.*, GL 5.586.1 18-20 ex quibus...luce lucebat aliena *Non. 85.16*, *Prisc. Inst. 3.4.22*.

1 circulos ABrQPh et EAKH *Macr.*: circos D et SX *Macr.* 5 humanum A'BrQPhD, om. μ, del. A<sup>2</sup>, fort. recte 10 vixerunt ω: vixere μ 12 is splendidissimo μ BrQD<sup>2</sup>: is om. A (? splendidissimo A<sup>1</sup>): hic D<sup>1</sup> circus ω et E'AKH *Macr.* 1.4.5, μ *Macr.* 1.14.24, SEAH<sup>2</sup> *Macr.* 1.15.1: circulus SXE<sup>2</sup> *Macr.* 1.4.5, XKH<sup>1</sup> *Macr.* 1.15.1 16 eae (stellae): hae μ 19 a (caelo) ω μ, cod. L *Nonii*: a om. codd. GHPE *Nonii* 19-20 citima terris μ BrD<sup>1</sup> et codd. *Nonii*: proxima terris A: proxima citima terris Q<sup>1</sup> (proxima del. Q<sup>2</sup>): citima terris et proxima Ph: et proxima sup. lin. D<sup>2</sup>

[17] 21. [XVII] 'Quam cum magis intuerer, "Quaeso," inquit Africanus, "quousque humi defixa tua mens erit? Nonne aspicis quae in templo veneris? Novem tibi orbibus, vel potius globis, conexa sunt omnia: quorum unus est caelestis, extimus, qui reliquos 5 omnes complectitur, summus ipse deus arcens et continens ceteros, in quo sunt infixi illi qui volvuntur stellarum cursus sempiterni; cui subiecti sunt septem qui versantur retro, contrario motu atque caelum. Ex quibus unum globum possidet illa quam in terris 10 Saturniam nominant; deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor qui dicitur Iovis; tum rutilus horribilisque terris quem Martium dicitis; deinde de septem medium fere regionem Sol obtinet, dux et princeps et moderator lumen reli- 15 quorum, mens mundi et temperatio, tanta magnitudine ut cuncta sua luce lustret et compleat. Hunc ut comites consequuntur Veneris alter, alter Mercuri cursus, in infimoque orbe Luna radiis solis accensa convertitur. Infra autem iam nihil est nisi mortale et 20 caducum, praeter animos munere deorum hominum generi datos; supra lunam sunt aeterna omnia. Nam ea quae est media et nona, Tellus, neque movetur et infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera.' 25

3-25 novem tibi orbibus...nutu suo pondera *Macr.* 1.17.2-4, cf. 1.19.14, 1.19.18, 1.20.1 sqq. 11-12 deinde...salutaris *Prisc. Inst.* 6.7.34

8 cui subiecti  $A^2BrQPh^1D$ : cuius subiecti  $A^1$ : huic subiecti  $\mu Ph^2$  sunt om.  $\mu$  14 de septem  $\mu$  (de om. KH *Macr.* 1.17.3, *SXH*<sup>1</sup> *Macr.* 1.19.14): subter  $\omega$  20 iam  $\omega$ : eam  $\mu Ph^2$ : eam iam Ziegler

22. [XVIII] 'Quae cum intuerer stupens, ut me [18] recepi, "Quid hic" inquam "quis est qui complet aures meas, tantus et tam dulcis sonus?"'

"Hic est" inquit "ille qui intervallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, impulsu et motu ipsorum orbium efficitur, et acuta cum gravibus temperans varios aequabiliter concentus efficit. Nec enim silentio tanti motus incitari possunt, et natura fert ut extrema ex altera parte 10 graviter, ex altera autem acute sonent. Quam ob causam summus ille caeli stellifer cursus, cuius convercio est concitator, acuto et excitato movetur sono, gravissimo autem hic lunaris atque infimus; nam terra nona immobilis manens una sede semper 15 haeret, complexa medium mundi locum. Illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, septem efficiunt distinctos intervallis sonos, qui numerus rerum omnium fere nodus est; quod docti homines nervis imitati atque cantibus, aperuerunt sibi redi- 20 tum in hunc locum, sicut alii qui praestantibus ingeniiis in vita humana divina studia coluerunt. 23. Hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt, [1] nec est ullus hebetior sensus in vobis; sicut ubi Nilus ad illa quae Catadupa nominantur praecipitat ex 25 altissimis montibus, ea gens quae illum locum accolit

2-20 quid hic inquam...reditum in hunc locum *Macr.* 2.1.2-3, cf. 2.2.21, 2.3.3, 2.3.12, 2.3.16, 2.4.1, 2.4.4, 2.4.8, 2.4.9, 2.4.15 4 hic est...efficitur *Favon. Eulog.* 19.11; *id.* 20.9 9-15 et natura fert ut...semper haeret *Boethius Inst. Mus.* 1.27

4 coniunctus  $\omega$  (com- *Ph*): disiunctus  $A^2\mu$  *Macr.* 2.1.3 et 2.4.1, *Fav. Eulog.* 12 acuto et *Ph*, *Boethius, Inst. Mus.* 1.27: acute et  $A(Br^2)QD$ : acute  $\mu$  *Macr.* 2.1.3, 2.4.1, 2.4.4 14 una: ima  $Br^2$  15 medium mundi locum  $\omega$ : mundi medium locum  $\mu$  *Macr.* 2.1.3 16 est duorum: est modorum  $A^1Ph^1Q$ : est duorum modorum  $A^2$

propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret; hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint, sicut intueri solem adversum nequitis, eiusque radiis acies vestra sensusque vincitur.”<sup>5</sup>

- [20] **24.** [XIX] ‘Haec ego admirans referebam tamen oculos ad terram identidem; tum Africanus, “Sennio” inquit “te sedem etiam nunc hominum ac domum contemplari; quae si tibi parva, ut est, ita videtur, haec caelestia semper spectato, illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam consequi gloriam potes? Vides habitari in terra raris et angustis in locis, et in ipsis quasi maculis ubi habitatur, vastas solitudines interiectas, eosque qui incolant terram non modo interruptos ita esse ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis: a quibus exspectare gloriam certe nullam [21] potestis. **25.** [XX] Cernis autem eandem terram quasi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter se diversos, et caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina vides, medium autem illum et maximum solis ardore torri? Duo sunt habitabiles, quorum australis ille in quo qui insistunt adversa vobis urgent vestigia, nihil ad vestrum genus; hic autem alter subiectus aquiloni quem incolitis, cerne quam tenui vos

<sup>13-p. 143, 5</sup> vides habitari... quam sit parvus vides *Macr.* 2.5.1-3,  
*cf.* 2.5.6, 2.5.26, 2.5.35, 2.7.7-8, 2.9.6, 2.9.9

<sup>13</sup> in (locis) *om.* *Ph<sup>1</sup>* *μ*      <sup>15</sup> eosque *μ*: hosque *ω*      <sup>18</sup> partim  
transversos *μ* *Br<sup>2</sup>* *Ph<sup>2</sup>* *D<sup>2</sup>*: *om.* *ω*      <sup>19</sup> ex(s)pectare *μ*: spectare  
*ω*      <sup>21-22</sup> cingulis *ω*: circulis *μ* *Ph<sup>2</sup>*      <sup>22</sup> duos: duo *SEAK<sup>2</sup>*  
*Macr.*, *fort. recte*, *cf. Rep.* 1.15, 1.19

parte contingat: omnis enim terra quae colitur a vobis, angustata verticibus, lateribus latior, parva quaedam insula est, circumfusa illo mari quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis in terris; qui tamen tanto nomine quam sit parvus vides.

- 26.** Ex his ipsis cultis notisque terris, num aut tuum aut cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc quem cernis transcendere potuit, vel illum Gangen tranatare? Quis in reliquis orientis aut obeuntis solis ultimis aut aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet? Quibus amputatis cernis profecto, quantis in angustiis vestra se gloria dilatari velit. Ipsi autem qui de nobis loquentur, quam loquentur diu? **27.** [XXI] Quin etiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuscuiusque nostrum a patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non aeternam, sed ne diuturnam quidem gloriam **28.** adsequi possumus. Quid autem interest, ab eis qui postea nascentur sermonem fore de te, cum ab eis nullus fuerit qui ante nati sunt, qui nec pauciores et certe meliores fuerunt viri; **28.** [XXII] praesertim cum apud eos ipsis, a quibus audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi possit?

<sup>14-20</sup> quin etiam... possumus *Macr.* 2.10.1  
*p. 144, 14* praesertim cum... esse conversam *Macr.* 2.11.1-3

<sup>2</sup> angustata *AQ*: angusta *μ* *BrPhD*      <sup>9</sup> quis *AD*: vel quis *Br*:  
*vis Ph*: vix *Q*      <sup>13</sup> loquentur *Br<sup>2</sup>* (*loquentur quam om.* *Br<sup>1</sup>*):  
*locuntur D*: *loquentur APhQ*      <sup>15</sup> illa *ω*: *om.* *μ*      <sup>16</sup> a patribus  
acceptas *ω*: *acceptas a patribus μ* *Ph<sup>2</sup>*      <sup>23</sup> praesertim cum *Ph<sup>2</sup>*  
*et SAKH Macrobii*: cum praesertim *Br<sup>2</sup>D* : praesertim (*omisso cum*)  
*ABr<sup>1</sup>QPh<sup>1</sup>* *et E<sup>1</sup> Macrobii*

Homines enim populariter annum tantummodo solis, id est unius astri, reditu metiuntur; reapse autem, cum ad idem unde semel profecta sunt cuncta astra redierint, eandemque totius caeli descriptionem longis intervallis rettulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest, in quo vix dicere audeo quam multa hominum saecula teneantur. Namque ut olim deficere sol hominibus extinguique visus est cum Romuli animus haec ipsa in templo penetravit, quandoque ab eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad principium stellisque revocatis expletum annum habeto; cuius quidem anni nondum vicesimam partem scito esse [25] conversam. **29.** [XXIII'] Quocirca si reditum in hunc locum desperaveris, in quo omnia sunt magnis et praestantibus viris, quanti tandem est ista hominum gloria, quae pertinere vix ad unius anni partem exiguum potest? Igitur alte spectare si voles atque hanc sedem et aeternam domum contueri, neque te sermonibus vulgi dedideris, nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum, suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus. Quid de te alii loquuntur, ipsi videant, sed loquentur tamen; sermo autem omnis ille et angustiis cingitur his regionum quas vides, nec umquam de ullo perennis fuit; et obruitur hominum interitu, et oblivione posteritatis extinguitur.”

<sup>1</sup> populariter μ *A<sup>2</sup>Br<sup>2</sup>Ph<sup>2</sup>D<sup>2</sup>*: loquel(l)ariter ω <sup>2</sup> reditu μ: reditum ω metiuntur; reapse autem, cum scripsi: metiuntur; re ab se autem cum *K Macr.*: et iunture ab se autem cum *E' Macr.*: metiuntur; re ipsa autem cum *SE<sup>2</sup>H Macr.*: metiuntur: cum autem ω et *A Macr.*, *de vocabulo 'reapse'* cf. 1.2 <sup>11</sup> ad principium ω: ad idem principium μ *Ph<sup>2</sup>* <sup>12</sup> cuius *A<sup>1</sup>* (? *Q<sup>1</sup>*) μ: huius *BrQ<sup>2</sup>PhD* <sup>20</sup> dedideris *AQ*: dederis *BrPhD*

**30.** [XXIV] ‘Quae cum dixisset, “Ego vero” [26] inquam “Africane, si quidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet, quamquam a pueritia vestigiis ingressus patris et tuis decori vestro non defui, nunc tamen tanto praemio exposito enitar multo vigilantius.”

‘Et ille, “Tu vero enitere, et sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc; nec enim tu is es quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura quae digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse, si quidem est deus qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus; et ut ille mundum ex quadam parte mortalem, ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet. **31.** [XXV] Nam quod semper movetur aeternum est; quod autem motum adfert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod sese movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit. Quin etiam ceteris quae moventur hic fons, hoc principium est movendi.

7-p. 147, 11 tu vero enitere . . . saeculis revertuntur *Macr.* 2.12.1 + 2.13.1-5 + 2.17.2-3, cf. 2.12.12, 2.15.20 <sup>17-p. 146, 19</sup> *Plato Phaedr.* 245c. Quod semper movetur . . . neque nata certe est et aeterna est *Tusc.* 1.53-4. Cf. *Lact. Inst.* 7.8.4, *Opif. Dei* 17.1, *Serv. Aen.* 6.727.

<sup>14</sup> ille (mundum) μ: ipse *AQPhD<sup>1</sup>* : om. *BrD<sup>2</sup>* <sup>15</sup> mundum *BrD<sup>2</sup>* et *SEKH Macr.*, cf. *Macr.* 2.12.12: -us *AQPhD<sup>1</sup>* et *A Macr.* ex om. *SEKH Macr.*, cf. *Macr.* 2.12.12 et 16 mortalem *Br<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* et *SEKH Macr.*, cf. *Macr.* 2.12.12 et 16: -is *A<sup>2</sup>Br<sup>1</sup>QPhD<sup>1</sup>* et *A Macr.*: -es *A<sup>1</sup>* <sup>19</sup> aliunde (ινές ἀλλοι *Plato*) *Q*, *XEH Macr.* 2.13.1 et *XEAH* 2.15.20, codd. *H<sup>corr</sup>M Tusc.*: alicunde *ABrPhD*, *rell. codd. Tusc.*, *KS Macr.* 2.13.1 et 2.15.20 <sup>21</sup> sese *ABrD*: se ipsum *Q<sup>2</sup>Ph<sup>2</sup>* μ et codd. *Tusc.*: de se *Q<sup>1</sup>Ph<sup>1</sup>* (de se movetur *F*): sepe Müller

Principii autem nulla est origo; nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re alia nasci potest; nec enim esset id principium, quod gignetur aliunde. Quodsi numquam oritur, ne occidit qui-dem umquam; nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit, si quidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit ut motus principium ex eo sit quod ipsum a se movetur; id autem nec nasci potest nec mori, vel concidat omne caelum omnisque natura et consistat necesse est, nec ullam vim nanciscatur qua a primo impulsa moveatur. **32.** [XXVI] Cum pateat igitur aeternum id esse quod a se ipso moveatur, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo; quod autem est animal, id motu cietur interiore et suo, nam haec est propria natura animi atque vis; quae si est una ex omnibus quae sese moveat, neque nata certe est et **33.** aeterna est. **33.** Hanc tu exerce in optimis rebus! Sunt autem optimae curiae de salute patriae, quibus

<sup>1</sup> principii *SEAKH* *Macr.* et *codd.* *Tusc.*: principio  $\omega$  et *X* *Macr.* ex *Ph<sup>2</sup>D* et *E* *Macr.*: e *SXH* *Macr.* et *codd.* *Tusc.*: et *AQPh<sup>1</sup>* et *AK* *Macr.*: et ex *Br* <sup>4</sup> numquam (oritur)  $\omega$  *S<sup>1</sup>AK* *Macr.* et *codd.* *Tusc.*: non *Ph<sup>2</sup>* et *S<sup>2</sup>X<sup>mg</sup>H<sup>mg</sup>* *Macr.* ne (occidit) *A*, *S<sup>1</sup>XK* *Macr.* et *VRKG<sup>corr.</sup>* *Tusc.*: nec *BrQPhD*, *S<sup>2</sup>A<sup>mg</sup>E<sup>mg</sup>H<sup>mg</sup>* *Macr.*, *G<sup>1</sup>M* *Tusc.* <sup>6</sup> renascetur *ABrQPh<sup>1</sup>* et *codd.* *Tusc.*: nasceret *Ph<sup>2</sup>D<sup>1</sup>*  $\mu$  ex se  $\omega$   $\mu$  *V<sup>2</sup>* *Tusc.*: se *rell. codd.* *Tusc.* <sup>10</sup> et (consistat):  $\omega$  *S<sup>2</sup>* *Macr.*: om. *Ph<sup>2</sup>*, *S<sup>1</sup>XEAH* *Macr.* et *codd.* *Tusc.* <sup>11</sup> qua a primo *rec.*, *X* *Macr.*, *V<sup>2</sup>* *Tusc.*: qua primo *rell. codd.* *Tusc.*: quam a primo  $\omega$  et *Macr.* *codd.* plerique impulsu *A<sup>1</sup>Q<sup>1</sup>*, *S<sup>1</sup>H<sup>1</sup>* *Macr.*, *GRVK* *Tusc.*: impulsu *A<sup>2</sup>BrQ<sup>2</sup>PhD*, *EAKS<sup>2</sup>* *Macr.*, *P<sup>4</sup>* *Tusc.* <sup>13</sup> a se ipso moveatur  $\omega$  et *A<sup>2</sup>* *Macr.*: se ipsum moveat *Ph<sup>2</sup>* et *codd.* *Tusc.*: ipsum se moveat *rell. codd.* *Macr.* <sup>16</sup> animal *AQPhD*, *H<sup>1</sup>* *Macr.* et *codd.* *Tusc.*: anima *Br*, *rell. codd.* *Macr.* <sup>18</sup> sese  $\omega$ : se ipsa *SXH* *Macr.*: se ipsum *EA* *Macr.*, *V<sup>2</sup>* *Tusc.*: se ipsam semper *rell. codd.* *Tusc.*: sepsse *Halm*

agitatus et exercitatus animus velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit; idque ocius faciet, si iam tum cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, et ea quae extra sunt contemplans quam maxime se a corpore abstrahet. Namque eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt, earumque se quasi ministros praebuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus oboedientium, deorum et hominum iura violaverunt, corporibus elapsi circum terram ipsam voluntantur, nec hunc in locum nisi multis exagitati saeclis revertuntur.” Ille discessit; ego somno solitus sum.’

<sup>12</sup> (solutus) sum *BrPhD<sup>2</sup>*: sum *deest in AQD<sup>1</sup>*